Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



suus. Si autem animam poni oportet, quanto magis in alius uo-
cum, et studium debet ostendi. sine dubio non secundum
humanas uoluntates, sed secundum illum pspectum in quo est
communis omnium ppositum placendi deo.

Quomodo potest quis simple karitatem circa primum
primum quidem metuens suum cum puaricantis mandatum
dei. quia ipse dixit, qui non crediderit in filium non habe-
bit uitam, sed ira dei manet sup. eum deinde uelut cupi-
ens ad eternam uitam puenire. quia mandatum eius uita eterna
est. Primum autem mandatum et magnum est. diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota mente tua. et ex tota
anima tua. Secundum autem simile est illi, diliges proximum
tuum sicut te ipsum. Et si quis desiderat similis effici
domino dicente mandatum nouum do uobis ut diligatis
inuicem, sicut ego dilexi uos. Et ex communi sensu sentire
hoc possumus. quia si beneficium consequamur affectare,
ineo quod diligimur, fiat et debitores efficiamur, ut eum
merito diligamus. Quod etiam intergentiles obseruari
solet. sic et dominus in euangelio ait. Si diligitis eos qui
uos diligunt, quae uobis est gratia. Quia et peccatores, gen-
tiles dilegentes se diligunt. Si enim in aliquo ut ledit nos, ut
aduersatur quis, hunc non solum ppter mandatum sed et ppter hoc
ipsum quia plus in hoc nobis pstat. in quo ledit diligere
debemus. Sic quidem credimus domino dicenti, Beati estis
cum exprobrauerint uobis et persequentur, dicentes omne ma-
lum aduersum uobis mentientes, ppter me. Gaudete et ex-
ultate, quoniam merces uestra multa est in celis.

Vsque ad quod tibi ociosus sermo iudicatur.